



Universitätsbibliothek Paderborn

Sacros. Concilii Tridentini Canones Et Decreta

Gallemart, Jean

Coloniæ Agrippinæ, 1621

Bvlla S. D. N. D. Pii. Divina Providentia Papæ IV. Contra quoscumque,
ecclesias & beneficia Ecclesiastica quæcumq[ue] in confidentiam
retinentes siue recipientes.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39157

B V L L A S . D . N . D . P I I .

D I V I N A P R O V I D E N T I A

P A P A E I V .

Contra quoscumque , eccl esias & beneficia Ecclesiastica
quæcumq; in confidentiam retinentes siue recipientes.

P I V S E P I S C O P V S ,

S E R V V S S E R V O R V M D E I ,

ad perpetuam rei memoriam.

DO MAN Y M Pontificem in ex celsa militantis Ecclesie specula constitutum , vigiles mentis oculos non solum in absentium extendere , sed potissimum in præsentium domesticorumque fratum , & filiorum suorum mores diligenter perscrutandos , aliquando reflectere , ac eos , præsertim quos in Apostolicæ solitudinis partem euocavit Altissimus , ne dum ab omni pactionis illicitate contagione , verum etiam ab eius omnimoda suspicione vacuos & immunes conseruare decet , ut qui ceteros illustris officij sublimitate antecellant , eosdem prisa etiam illa morum integritate præstare dignoscantur . Sane , licet dudum , cum certam Simoniacæ prauitatis speciem quam beneficiorum confidentiam vocant , in Ro . Cu. atque adeo in sacrum venerabilium fratrum nostrorum , Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium , collegium , quasi per cuniculos irrepisse , ac nonnullos ex ipsis fratribus nimia quadam facilitate , seu potius importuniis amicorum familiariumque precibus adductos beneficia Ecclesiastica in confidentiam huiusmodi recepisse , & frequenter recipere intelleximus , hanc illicitam beneficentia exercenda , seu amicitia colenda viam à tanto saltu Collegio prorsus eliminare cupientes , eosdem fratres in Consistorio nostro secreto non semel admonuerimus , huic aliena beneficia custodiendi modo ne assueferent , neve illa hoc pacto reciperent , vtique sic recepta dimitterent . Nihilominus nuper ad aures nostras peruenit , corum aliquos , monitionis nostra , immo potius suimet oblitos , ea quæ custodienda receperant , beneficia nondum tamen dimisisse . Et insuper illos , & nonnullos alios , etiam Patriarchas , Archiepiscopos , & alios Episcopos , ac etiam Cameræ Apostolicæ Clericos , ecclesias , monasteria , dignitates ; & alia beneficia huiusmodi , in sui favorem resignat , esse , vel alias dimissa acceptasse , aut de illis , per obitum vel alias vacantibus a nobis & prædecessoribus nostris , seu etiam ab ordinariis , & alijs inferioribus , collatoribus , etiam ad patronorum

K k k 3

p. 2-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

præsentationem , ad alterius commodum sibi prouidet obtinere ;
illaque ac etiam alia aliter vacantia , sibi in titulum , commendam
vel administrationem , aut alias dicta auctoritate concessa , quando-
que in resignantium vel cedentium , seu etiam aliorum fauorem cel-
uisse , vel alias dimisisse . Adib⁹ p̄opterea pensiones annuas , ach-
etus , redditus , & prouentus ecclesiasticorum , monasteriorum , dignita-
tum , & aliorum beneficiorum huiusmodi , in toto , vel in parte , et
iam aliquando cum facultate illas & illos transferendi , ac etiam col-
lationem , prouisionem , præsentationem , & aliam dispositionem
beneficiorum ecclesiasticorum , ad eorumdem ecclesiasticum , mo-
steriorum , & dignitatem Prałatos pro tempore existentes , ac hōs
huiusmodi beneficia pro tempore obincantes pertinentium , nec non
regressus , siue accessus , & ingressus ad ecclesiastas , etiam Cathedrales ,
monasteria ac alia diuinitatibus Ecclesiastica , sibi referuntur pro-
curasse , & obtinuisse , ad hoc videlicet , vt confidentes sic decima-
rum Apostolicarum , vel communis dicti Collegij , & annata , dis-
trahimque iurium dictae Cameræ debitorum , solutionem eludantur
regis que beneficiorum ; etiam in mensibus Apostolicis vacanciis
aut illas dispositioni Sedis Apostolicae generaliter referuntur ,
collationibus , ac interdum ut beneficia ipsa , tempore procedenti ,
in aliquorum , tunc & san de iure inhabilium , & incapaci , vel
nondum adhuc natoium , saeorem cedantur , seu refugiantur , vel
personæ inhabiles & incapaces huiusmodi , etiam laici , pensionis
bus ac fructibus , redditibus & prouentibus Ecclesiastis frui-
tur & gaudeant , seu potius illis & facilitate transferendi prece-
abutantur in animatum suarum periculum , & periculum co-
emplum .

Quare nos hanc Cardinalium eorumdem , in monitionibus so-
stus parendo incriminamus , & tam illorum quam exercitorum Pro-
latorum , etiam clericorum , ac aliorum quorundamq⁹ in-
gnam fallaciam conuentibus oculis diutius minime difformulan-
dam , sed huic errori , ne radices altius agat , occurrendum
est esse censeare . Et quoniam hanc iporum , qui , monitione
nostræ non parentes , beneficia huiusmodi in confidentiam , &
prefertur , retinuerunt , & fructus ex eis indebet vel percep-
endo , vel per alios nomine suo etiam per simulatas illorum do-
mitiones , & fictas de recepus quietantias , ac donationes , &c.
missiones percipi finendo , grauiter excellerunt Cardinalem
metam , potius ex immoderata erga tuos indulgentia , quam ab
quo præceptorum nostrorum spiritu processisse facile resolu-
mus , idcirco omnes & singulas , ecclesiastas , etiam Metropoli-
nas , & alias cathedrales , ac monasteria , etiam consistoriales pro-
priatus , præposituras , præpositatus , dignitates etiam maiores &
& officia , ceteraque beneficia Ecclesiastica , cum cura & fine ca-
recit .

Concil. Tridi- cū declarans.

1518. 11. 1. 10.

factularia & quorumvis Ordinum regularia , etiam de iure parro-
natus etiam laicorum etiam nobilium & illustrium , etiam ex fun-
datione & dotatione existentia per eiusdem Romanæ Ecclesiæ etiam
Episcopos Cardinales , & quoscumque alios , etiam Patriarchas , Ar-
chiepiscopos , & alios Episcopos , ac etiam eiusdem Camerae Cleri-
cos , in titulum , commendam vel administratiouem , aut alias in
huiusmodi confidentiam iure prohibitam , cuiusvis personæ , ut pre-
fertur , contemplatione vel intuitu , quovis modo recepta , illorum
liberam collationem & dispositionem nobis & Sedi Apostolicae ha-
rum serie reseruantes , ipso inter die receptionis eorumdem vaca-
uisse & vacare , ac fructuum & pensionum reservationes ac faculta-
tes transferendi , & collationis beneficiorum concessiones , eis ,
ut præmittitur , factas , ac regressus sive accessus , & ingressus con-
cessas huiusmodi , cessasse , & cessare , ac extinctos esse . Et eos-
dem Cardinales , seu quoquis alios , à prima die receptionis benefi-
ciorum huiusmodi citra fructus , redditus , & prouentus earundem
ecclesiæ , monasteriorum , dignitatum & aliorum beneficio-
rum , ac pensiones prædictas indebet percipere , suosque facere
non posse , neque debuisse , sed illos omnes & singulos ad Ca-
meram eamdem devolutos fuisse & esse , illique debeti , ac ipsos Car-
dinales , & alios ad quorum manus quomodolibet peruenierunt ,
& eorum hæredes , ad integrum illorum restitutiōnem , in utro-
que foro teneri , & ad id opportuniis iuriis remediis compelli de-
bere , auctoritate Apostolica tenore præsentium decernimus &
declaramus .

Et insuper universis & singulis , tam eiusdem Rom. Ecclesiæ
Cardinalibus etiam Episcopis , quam Prælatis & Clericis , & aliis
prædictis , præsentibus & futuris , ne deinceps ullo umquam
tempore , aliquas Ecclesiæ , monasteria , dignitates , vel alia be-
neficia etiam de dicto iure patronatus , ut p̄fertur , existentia ,
aut fructus vel pensiones , aut regressus , seu accessus , in confi-
dentialiam prædictam , aut ad effectum reservationum huiusmo-
di , sibi postmodum cedentibus procurandarum , recipere pre-
sumant ; Cardinalibus , vero , & aliis Prælatis huiusmodi , in
virtute sanctæ obedientiæ , & sub interdicti ingressus Eccle-
sie , reliquis vero sub maioris excommunicationis latè senten-
tiae poena , per contra facientes eo ipso incurrienda , à qua nisi à
nobis , aut Rom. Pontifice pro tempore existente , præterquam
in mortis articulo constituti , absolvi nequeant , distictius inhi-
bemus .

Ac quoscumque , collationes , prouisiones , præfectio-
nes , commendas , reservationes , facultates , etiam trans-
ferendi , ac regrediendi , sive accedendi & ingrediendi , &
alias dispositiones , de ecclesiæ , monasteriis , dignitatibus ,
& aliis beneficiis , corumque fructibus & beneficiorum

collationibus per nos & alios Romanos Pontifices successores nostros, etiā Motu proprio, seu Consistorialiter, aut etiam per Ordinarios & alios inferiores collatores, & ad patronorum eorum de presentationem, & alias quomodo liber cū interuentu confidentibusmodi, expresse, sive occulte, ac de iure presumpte, & alias contra præmissa pro tempore factas, nullas & inutilidas, nulliusq; roboris vel nomenenti fore, neque cuiquam suffragari. Sed ecclæsias, monasteria dignitates, ac alia beneficia huiusmodi, ipso iure vacare, ac nonne & Sedis Apostolicæ dispositioni reseruata, fructusque & penitus Cameræ Apostolicæ applicatos, ut præfetur, etc & ceteri. Sieque in præmissis omnibus & singulis, per quoscumque iudices, & Commissarios, etiam ipsius Ecclesæ Romanae Cardinales, sublata eis quavis alteri interpretandi & iudicandi facultate, etiam per presumptiones & conjecturas legitimas, & corum arbitrio (cum aliis confidentias huiusmodi in lucem erui & probari non posse constet) procedendo, iudicari & definiti debere: Ac quicquid Iesus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter vel ignorantiter, attenuat, contigerit, irritum & inane similiter decernimus: Non ostentibus se, rec. Bonifacii Papæ VIII. prædecessoris nostri de vna, & Concili generalis de duabus diatribis, ac aliis constitutionibus Apostolicis necnon Collegii præfati, iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus contrariis quibuscumque. Aut si aliquibus, communiter vel diuisim, ad eadem in Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint, per litteras Apostolicas, non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiusmodi mentionem. Et ne quispiam illo ymquam tempore presentium ignorantiā pretendere possit, volumus, & eadem auctoritate decernimus, quod ipse prætentes litteræ ad Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe valvas, per aliquæ ex Cursoribus nostris, illarum copia ibi affixa & dimissa, & etiam in Cancelleria Apostolica de more publicentur, ac eiusdem Cancelleria Quintero, ad maiorem partium, illas in officio producere volentium, commoditatem, describantur. Num ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ referentiorum declarationis, inhibitionis, decreti & voluntatis, infringere, vel eius auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare preclamplente indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se nouet in cursurum. Dat Romæ apud sanctum Petrum, Anno incarnationis Domini Millesimo Quingentesimo Sexagesimo quarto, Decimo septimo Kal. Nouemb. Pontificatus nostri Anno quinto.

Vix de Curia M. de Enciso.

C. Glorierius.

H. Cumyn.

ANNO à Natiuitate Domini Millesimo Quingentesimo Sexagesimo

gesimo quarto, Indictione septima, die vero quatta mensis Decembris, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri Domini Pij, diuina prouidentia Papæ Quartæ, anno quinto, suprascriptæ litteræ Apostolicæ publicatae & affixæ fuerunt ad valueas Basiliæ Principis Apostolorum de Urbe & Cancellariae Apostolicæ, ac in Aci Campi Flora, dimissis ibidem in suprascriptis locis suprascriptarum literarum copiis affixis, ut moris est, per nos Iulium Parinum, & Bernardinum Andreutum, prælibati Sanctissimi Domini nostri Papæ Cusores.

Antonius Clerici Magister Cusorum.

BULLA S. D. N. D. PII, DIVINA PROVIDENTIA
PAPÆ IV.

Super forma iuramenti professionis fidei.

PIVS EPIS COPVS, SERVVS
SERVORVM DEI AD
perpetuam rei memoriam.

NIVNTVM nobis Apostolicæ scruturis officium requirit, ut ea quæ Dominus omnipotens, ad prouidâ Ecclesiæ suæ directiones, sanctis Patribus, in nomine suo congregatis diuinitus inspirare dignatus est, ad eius laude & gloriam inunctanter exequi propereamus. Cū itaq; iuxta Concilii Trid. dispositionē omnes, quos deinceps Cathedralibus & superioribus ecclesiis præfici, vel quibus de illarum dignitatibus, Canonicatibus, & aliis quibuscumq; beneficiis Ecclesiasticis, curam animarū habentibus, prouideri continget, publicam Orthodoxæ fidei professionē facere, seque in Romanæ Ecclesiæ obedientia permanuros sp̄odere, & iurare tenantur. Nos volentes, etiam, per quo scūque quibus de monasteriis conuentibus, domibus, & aliis quibuscumq; locis, Regulariū quotrumcumque Ordinum, etiam Militiarū, quocumque nomine vel titulo prouidebitur, idē leruari, & ad hoc, ut vnius eiusdem fidei professio vñiformiter ab omnibus exhibeatur, vñicaque & certa illius forma cunctis innoteſcat, nostræ ſollicitudinis partes in hoc alieui minime defiderari, formam ipsam præsentib. annotatam publicari, & ubique gentium per eos ad quos ex decretis ipfius Concilii & alios prædictos spectat, recipi & obſeruari, ac sub p̄enit. per Concilium ipsum in contrauenientes laris, iuxta hanc & non aliam formā, professionem prædictam ſolempter fieri, auctoritate Apostolica tenore præſentium diuīcē p̄cipiendo mandamus, h[ab]it[us]modi ſub reno[n]e: Ego N. firma fide credo & profiteor omnia & singula, quæ

Kk 5

contiu-